

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Sithmann Johann Philipp Lange

**Speculi Imperii Romani Veteris Disputatio Decima De Continuatione Iuris Civilis
ad tempora Iustiniani ad Constitut. ...**

Stetini: Goetschius, 1653

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757220355>

Druck Freier  Zugang



N. K - 2 (165.)

SPECULI IMPERII ROMANI
VETERIS
DISPUTATIO DECIMA

De Continuatione Juris Ci-
vilis ad tempora Justiniani ad Constitut.
Hec. Constit. Summa. Const. Imperatoriam. Constit.
Deo auctore. Constit. Omnem. Constit. Tanta.
Constit. Dedit. Constit. Cordi.

Quam

S.S. Triade feliciter annuente

P R A E S I D E

Clarissimo, Consultissimo & Excellentissimo

DN. JOHANNE Githman / J. U. D.
PROFESSORE REGIO,

Præceptore & Fautore æviternum honorando,

Publicè disquisitioni submittit

JOHAN. PHILIPPUS Lange / Stet.Pom.

In Aeraterio Majori d. 7. Julii horis ab 8. matutinis.

ANNO M. DC. LIII.

STETINI,

Typis GEORGII GOETSCHII, Pædag. Reg. Typogr.

VIRIS

Admodum Reverendo, Nobilissimis, Amplissimis ac Consultissimis,

DN. CHRISTIANO LABES à Labebach/

Templi Cathedralis Marianæ ac Regii
Pædagogii Stetinensis Capitulari, ut
& Consistorii Assessori, nec non Ca-
pituli Caminensis Canonico eminen-
tissimo.

DN. JOACHIMO HAMMERMEISTE-
RO von Hammerstedt / Jcto & in
Archidicasterio Stetinensi Protono-
tario Regio meritissimo.

DN. ULDARICO Engelbrechten/ in Ar-
chidicasteriis Pomeranicis Advocato-
& Reipublicæ Stetinensis Senatori
spectatissimo.

Magnis suis Mæcenatibus, Promotoribus, Favi-
toribus, cognato & affinibus plurimum de-
venerandis, ad gratiam erga ipsos animum
declarandum, debitamq; observantiam ex-
hibendum. Ænqua hoc Juridicum, in sui &
studiorum suorum commendationem devote
consecrat & grata manu offert.

JOHAN. PHILIPP. Lange/ Resp..

L. Corbi. B. 3. Nulla penitus nec famili nec diversi, nec invitata rebatur j. H. Kone.
Geo antore D. C. in fo. ora recte nostra facimus, ga ex nobis q; sitq; imprimi auctoritas.
Tanta. D. po. una cito auctoritate inducta.

233.

SPECULI IMPERII ROMANI VETERIS,
DISPUTATIO DECIMA

De Continuatione Juris Ci-

vilis ad tempora Justiniani ad Constitut.

Hac. Constit. Summa. Const. Imperatoriam. Constit.

Deo auctore. Constit. Omne. Const. Tanta.

Constit. Dedit. Constit. Cerdit.

RESPONDENTE

JOHAN PHILIPP Lange / Stet. Pom.

Subseqventes † *Salvium Jcti Papinianus, Fabius: Sabinus: Cato quidam; Domitius Ulpianus: Elius Cordianus; Gordiani Imperatoris Pater, & ipse revera vir insignis, Julius Paulus: Claudius Venatus: Pomponius: Alphenus: Apricanius: Florentinus: Martianus: Callistratus: Hermogenes: Venulejus: Triphonius: Metianus: Celsus: Proculus: Modestinus, Item Catilius Severus Alexandri Severi Cognatus Vir omnium Doctissimus, Elius Severianus: Quintilius: Caius Marcellus, &c. Edictum plenius commentariis illustrarunt, aut virtutis amore, aut ut in sectis à Capitone & Labeone motis propugnandis ingenium probarerent, evenit tandem ut Jurisprudentia tot opinionibus & sententiis Dd. partim indecisis, partim vel maximā partem contrariis mole sua laboraret, Jurisq; genuini ratio vix haberi posset Const. Deo auctore §. 12. *De Concept. ff.* circa fin. † *Justinianus felicis ævi & genii Imperator cum Jus constaret LL.xii. Tabul. Plebiscitis: SCtis. Prætorum Edictis: & potissimum Edicto perpetuo, infinitis commentariis, non tam enucleato quam obscurato, innumeris etiam Prudentum Responsis aliisq; libris, & insuper Principum constitutionibus ab Adriani & Antonini pii temporibus, qui circa annum Christi cxvii & cxxxviii. imperare ceperunt ad se delatis, adeò confusis, inordinatis, & variis, ut vel planè humanitus impossibile fuerit dimidiā partem ab uno homine perlegi, tan-**

Prov. Sisi. Cuspi. Zonar. Engris. Nicop. **I**i Paul. Brac. Blod. Fulgor. & **C**um. **S**ter filos.
Procy. Script. **G**ra. **A**ra. **H**ypoc. **A**rcan. **M**as. **P**adsat **E**m **O**pum **T**itio. **F**abulat. **P**. **M**aniv. **B**il. **P**78. **S**imulator. **P**18. **F**
Del. **C**onfig. **E**ng. **P**. **R**. **G**enova. **U**ran. **F**li. **P**ug. **V**is. **P**. **20.** **F**l. **M**in. **A**le. **E**ri.
Commune. **N**orth. **I**ndia. **S**chen. **G**erard.

Van voldet over 500 m.
moderne; Stenpaleis
Birka. En tot ergrootte
Paalkerk, moesten beseitigt
worden. Deze fragmenten
worden nu als een fragment
van de kerk van Birka beschouwd.
Scripta. B. 47
En een belangrijke opgraving
maakte. B. 48. grove
zandstenen steenbekleding. die
de kerk omslot. De kerk
was verhoogd tot een
aanzienlijke hoogte.

quæta*g*ia

5 *Carbo* *Na*. *HCl*.
 6 *Arinaria*. *Drp.* q.
 7 *Agape am. lego* *dej.*
Mats. *Lip.* q.
 8 *Crimen falsi*.
 9 *Sedativum* ~~sept.~~ 2.
 10 *Repetitio Principij*. *Drp.*
 11 *La Bursa* *Wart*

Hobartia, \$40.

2 Existing opinions
Significant & what
they signify
2 merited at this
time gravity
Significant & the
significance
1 Existing the signific

- tum abest, ut commode juris omnes, partes à Studiosis in suceum & sanguinem converti potuerint, uti conjicitur ex constitut. omnēm de docend. mī. §. i. cum seqq. malo huic literario remederi animunt inducens, rem hanc qvam nemo unquam sperare neq; optare ausus fuerat, sibi licet difficultiam, imo impossibilem, manibus ad cœlū erexit. Constit. Deo autor ad Senat. post princip. & Constit. Dedit. §. i. in fin. De concept. ff. æternō auxiliō invocatō feliciter aggressus est anno Imperii sui seqvente, qvi in annum Christi dxxix. incidit, Haloand. in Corp. glos. post lib. 9. Cod. qvod ipse testatur in Constit. Hec. de novo cod. fac. postqvā Jus Romanū ultra an. MCCC.
3. in confusione fuerat §. 5. De Concept. ff. † nec conatibus Papyrii Ciceronis, de qvo tamen dubitat Duaren lib. 1. c. 2. pag. 1. Syllæ, ofili Salvii Juliani, Pompeii Magni, Julii Cæsaris, imo & Constantini antegressis temporibus, modo licet tunc longè faciliiori, qvicq; vam effici potuerat, Justinianō solo palmam hanc aliis omnibꝫ p̄cipiente.
4. Rem magnam hanc aggressus † ascitis JCtis præclarissimis ex Constantinopolitā & Beryensi Academia, alisiq; togatis & Practicis Doctoribus, Triboniano, & qvi sub ipso opus elaborarunt, Constantino: Theophilo: Dorotbeo: Isodoro: Thalleo: Sallaminio, Eudoxijo: Leontio: Cratino: Stephano: Mena: Prodotio: Eutolmio: Timotheo: Leonide: Platone: Jacobo: Constantino: Joanne, qvi visuntur in §. 9. De Confirmat. ff. ad Senat. Constit. prim. de novo Cod. fac. Et Constit. Cordi. de Emendat Cod. † Primā manu admota Constitutionibus Principum ab Adriani & Antonini pī
6. temporibus ad sua usq; tempora emissis, à Julio † enim Cæsare ad Adriani tempora constitutiones ferè nullæ supererant, nisi qvæ sparsim in Juris Consultorum & Historicorum libris referruntur: Ita communiter omnes qvot vidi tradunt Dd. sed cum grano salis hoc est accipiendum. Non eqvidem † inficiar ex legibus Julii Cæsaris nullam fere corpori Juris esse insertam, licet condiderit multas v. c. Judiciariam, ut Judicia dividenterur inter Eqvestres & Senatores, qvam refert Sveton. in Cæs. Dion. lib. 43. Gell. lib. 14. c. 2. Repetundarum, qvam s̄p̄ius allegat Cicer. Epist. 1. ad Q. Fratr. Epist. 1. lib. 6. Ad Attic. lib. 2. officier. Agrariam.
- Flu-

Plutarch. in Pompei. & Cesar. Dio. lib. 38. Vellejus lib. 2. Majestatis quæ poenam habuit aquæ, & ignis interdictionem. Cic. Philipp. 2. Paul lib. 5. sententiar. tit. 26. De legibus Caesaris. Appian. De bell. civ. 5. lib. 2. & multas alias plures de qvib. vid. Cic. in Orat. pro Balb. & pro Domo sua: Philip. 1. 1. Epist. ad Brut. Dion. lib. 43. Sveton. in Jul. & August.

Verum † num de legibus Julii Augusti Octaviani nullæ tunc temporis extiterint, qvæ Corpori Juris potuissent inseri, ut illico necessum fuerit ab Hadriani constitutionibus facere initium, qvæ Codici priori commendarentur, dubitatione manifesta non careat. Qvæ enim leges Juliæ Majestatis? Julia de Ambitu? Julia Caducacia? Julia de Adulteriis? Julia Peculatus? Julia de Residuis? Anne hæ omnes Julii Augusti Octaviani? qvæ tamen magnam partem in Codicem primum Theodosianum, Gregorianum & Hermogenianum relata sunt, imò in Pandectas, institutiones, & Codicem repetitæ prælectionis hæ omnes. Circa † hanc rem so- 9th lidè & accuratè tenendum, qvæ de hisce legibus in Pandectis re- feruntur, ipsa vestigia & rudera esse antiquitatis legum Julianum, qvæ non per omnia & æqve traduntur in Institutionibus & Co- dice repetitæ prælectionis, sæpe enim vel constitutionibus, vel SCtis, legibus Juliis derogatum, obrogatum, & subrogatum est nec ulla ferè lex publicorum Judiciorum eorum sincera reman- fit, sed retentò solò legis nomine ei aptata sunt, qvæcunq; po- stea alia vel leges, vel Constitutiones invexerunt. Hinc est quod in titulis Codicis legum Julianarum nullas leges inscriptas nomine iulii Octaviani videamus, sed aliorum Imperatorum, tam Ethnicorum qvam Christianorum, qui Hadrianum longâ serie loguntur.

His ita præcognitis redimus ad antegressa † primum Co- 10. dicem ex Constitutionibus à temporibus Hadriani emissis esse compositum. Harum tres extabant Codices Theodosianus Gre- gorianus, & Hermogenianus, unus ab imperatore Theodosio Ju- niore, reliqui duo à privatis sunt compilati, Theodosianus continebat constitutiones Christianorum imperatorum à Constantini temporibus, reliqui duo ab Hadriano aliorum sequentium Im- peratorum.

peratorum Ethnicorum. Omnes autem hi Codices erant Imperfeci. Continet quidem codex Theodosianus libros 16. paucorum tamen titulorum ac legum, Novellarum Theodosii titulis adjectis 48. Novellis etiam nonnullis Valentianii, Martiani, Majoriani, D. Severi, Anthemii junctis. Gregoriani libri I. 2. 3. 4. 5. extant cum anonymo, deinde sequitur liber 12. cum titulis nonnullis non expressis. Hermogeniani Codicis tituli tantum sunt quidam, sed valde pauci & inordinati. Mirum ergo non est quare Justinianus felici suo seculo hos Codices plane sprevit, sustulit, aliumq; substituit. Negotium ergo hoc ut expediretur, commisit compilatoribus, qui constitutionibus omnibus utilibus ipsius Theodosii, & subsequentium Arcadii, Martiani, Leonis, Thracis: Zenonis, Isaurici Anastasi ipiusq; Justiniani, quas post acceptum à Justino avunculo Imperium emiserat collectis, anni spacio confectum Codicem uno volume A. CDXXIX. Imp. Justiniani 3. Idib. April. Imperatori exhibent, qui *Justinianus* appellatur. Constitut. Summa, de juri Cod. Confirm. Novell. 66.

12. Hic non est ille † quo hodie utimur, sed duravit modo per quinquennium ab anno nempe 529. 16. Calend. Maji ad Annum 534. 4. Calend. Januar. tunc alias introductus repetitæ prælectio- nis dictus, qui adhuc in scholis & fôro versatur.

Labore hoc eranthlatō + longe major restabat de Praetor
Praes. p. parasit. in sum Edictis. Plebiscitis & Infinitis prudentum responsis & ad LLXII.
spicul. & tractis; illisq. Tabularum: & Edictum perpetuum innumeris commentationibus
spicul. & tractis & variis scriptis aliis l. 2 §. postea vero C. de Vet. Jure encl. in ordi-
nata, ad responsum nem redigendis. Auspicato exordio auspicatum cesit exodium.
videlicet utr. & solent Agrediuntur opus Compilatores A. C. DXXX. 18. Calend. Januar.
Anno Imperii Justiniani IV. Offertur Imperatori septem parti-
bus, & qvinqvaginta libris. (numeris + enim septenarius ad
est certi impostur, ut non qvem Justinianus respergit in Const. Tanta. §. 1. Conf. ff. cui & divi-
ar. his felice spissitate unitatem inesse supersticio veterum credebat. Macrob. in somno
vibrio Scipionis Gell. lib. 2. cap. 10. fac Novell. 105. septies iteratus, unita-
re ceteram Herit. & illicite additā, qvinqvagenarium efficit) distinctum, triennii spatio-
i primi, & secundi, & confectum A. C. DXXXIII. qvod codem anno 3. Gal. Jan. hoc est
ad eum reperire illos.

30. Decemb. publicatur d. Constit. de Concept. ff. † Appellatum 14.
 hoc opus Pandectæ seu Digesta qvod omnia Jura antiquorum Jurisconsultorum contineant vel digerant, qvō genere Pandectas masculino vel feminino secundum lectionem Florentinam usurpes non perniciose errabis. Continent 441. Titulos: & 8145. leges, uti ego computo. Septiformem autem & 15. quinqvagenariam Pandectarum divisionem Bulgarus & asseclæ restius retinuerunt, quam bardam illam & barbarem in *vetus* *infortiatum*, & novum digestum substituissent. † Vetus albâ 16. pelle vestiverunt, qvod principia Juris & contractus contineret. Infortiatum nigrâ pelle, qvod materias testamentarias & defunctorum doceret, novum rubrâ pelle circunduxerunt, qvod materiam sanguinis & delictorum traderet. † Ter pandectæ confirmatae sunt: ut tanto augustinior earum eset authoritas / 2. de V. Jure eund. d. constit: ad Senat, qvæ ex Græco Idiomate in Latinum à contio versa est. † Notantur freqventer Pandectæ lib. 18. terula ff. quam pro Græco π. ex festinatione & incuria latinorum librariorum fuisse substitutam Alciatus conjicit lib. 5. disputet. c. 16. qvæ conjectura melior Steph. Forcatuli qui F. F. geminum ponit, qvod Digesta sint ex tanta mole Fabre facta in Neeio manu. Dialog. 1. n. 15. † Voluit Justinianus ne compilatores authorum ex qvibus hæc comportarant nomina subticerent. De confirmat ff. qvod alienorum librorum Plagiarii obseruent. † Hæ inscriptions titulorum licet in casu & intellectu legis dubio non necessariam dent interpretationem, probabilius tamen arguunt legi junctæ, qualis in dubio ejus mens, & qualiter interpretanda sit. Alioquin imperator omnia qvæ in pandectas retulit sua fecit, responsis illis non per se, sed Imperiali splendore vim legis habentibus, aliorum scriptis nō expressis, plenè & sub crimine falsi rejectis Const. Tanta §. 19. de Confirmat. ff. ad omnes popul. Undeliqvet † pauli receptas sententias ab Ammiano collectas Corpori Juris non insertas: Ulpiani & Caji fragmenta & Institutiones; Immò leges Hermogeniani, Gregoriani & Theodosiani Codicis vim legis nullam habere, nec in Judiciis rectè allegari, quanquam ad loca obscuriora dilucidanda nonnunquam rectè adhibeantur.

22. Dum pandectæ componuntur † & manum admovent Institutionibus, Tribonianus, Theophilus & Dorotheus speciale mandatum habentes, utq; rationem correcti & emendati Juris, qvod in Codicem repetitæ prælectionis post relatum est, haberent commissione addita, qvod fatetur Justinianus in Const. Cordi. §.r. de Emendat. Cod. Editæ sunt ante digesta A. imperii Justiniani VII. circa A.C.DXXXIII. Justini 3. Coſ. II. Calend. Decemb. hoc est 21. Nov. Digesta edita eodem anno sed 17. Calend. Jan. hoc est 16. Decemb. Just. 3. Coſ. incepta sunt ff. 18. Calend. Januar. A. D. DXXX. Lampad. & Oreste Coſ. utræq; confirmate sunt 3. Calend. Januar. hoc est 30. Decembr. A. 533.

Quadriennium erat post primum Codicem confectum,

23. postquam hæc Jura divulgarentur † potius decennium ac ultra confecissent Compilatores & uti conjicere liceat, tanta præcipiantiæ signa in laborioso hoc opere non dedissent. † Tulerat

24. autem Justinianus hōc quadriennio † decisiones 50. & Constitutiones ultra ducentas novas, qvod scribit Alberic. Gentil. Disputat. de lib. Jur. civil. c. i. quæ priori Codici non erant insertæ, illus jus supervacaneum, & inutile correxerat; Hū jus controversum, qvod varia & contraria Responſa JCtorum compilatoribus movebant, vel post editas pandectas motum erat, deciderat. Constitutionum major pars latino Idiomate prodiit, pauciores Græco emanarunt, inter quas conspicuæ sunt Friderici imperatoris, quæ vulgo Authenticæ dicuntur, qualis est auth. Sacra menta Impuberum C. si advers. vendit. Authent. Habita ne Filius pro Patre Auth. omnes peregrini C. Commun. de succēſ.

25. Decisiones † non tantum ex inscriptionibus & subscriptiōnibus notam vulgariter capiunt, qvod ad Julianum & Johannem præfectum Prætorio conscriptæ, vel sub vel post consulatum Lampadii & Orestis emissæ, quas notas & constitutiones habere

26. constat. Sed † & ex tempore Decii qui post primum codicem mense Aprili editum, Consul factus est, quæ igitur leges post mensem illum sub Decio Consule editæ sunt pro Decisionibus

27. haberi queunt. Ipse † Justinianus 3. Consul. solus post Consulatum Lampadii & Orestis fuit, quæ subscriptio æqvæ attendenda est,

da est, qvod monet Haloander in Chronolog. post lib. 9. Cod. in corp.
glosl. † Egvinus Baro hanc notam superaddit: Si data lege appa- 28.
ret de veterum qvadam Jurisconsultorum controversia, qvam si lex
codicis statim decidit, decisionem esse ex illis 50. unam in ini-
tio Comment. ad tē πρῶτα, Decisiones 50. sunt hæ, inter quas 29:
25. adhuc decisionum nomen retinent, reliquæ 25. interdum consti-
tutiones appellantur. V. C. l. ult. C. de negot. gest. l. 12. 13. 14. 15. 16. C.
de usufr. l. pen. C. ad SC. Vellei. l. ult. C. contr. empt. l. ult. C. de condit.
indeb. l. 25. & antepen. C. de Nupt. l. pen. C. de curat. furios. dat. l. ult. C.
de furt. l. ult. & penult. de necess. serv. hered. instit. l. pen. & ult. C. de
postbum. l. antepen. & ult. C. de Jure deliber. l. cum questio C. de legat. l. cū
inter. C. de fidei comis. libert. l. 1. C. de comm. serv. manumiss. l. ult. C. ad
SC. Orfician. l. 2. C. de Prator. pign. l. veteris C. de contrab. stipular.

Aliæ Decisiones 25. quæ interdum Constitutiones appellan-
tur sunt. l. ult. C. qui & advers. quos l. ult. C. de petit. hered. l. ult. C.
de servit. l. ult. C. de dot. promiss. l. ult. C. de auth. præst. l. pen. & ult. C.
de Impub. substit. l. pen. C. de V. S. l. pen. de fidei com. l. ult. C. de legat. l.
ult. C. de condit. Insert. l. pen. C. ad SC. Trebell. l. ult. C. ad L. Falcid. l.
ult. C. de manumiss. testam. l. pen. C. fidei com. libert. l. ult. C. de pra-
script. long. tempor. l. 1. C. de eo quid Inter. l. 1. C. de oper. Novinunciat.
l. 2. C. de serv. comm. manumitt. l. ult. C. de bis qui bon. cedunt. l. ult. C.
de bonis author. Judic. postdict. optima. C. de contrab. stipulat. l. ult. C. de
rem. pign. l. pen. C. de adopt. l. ult. C. de don. mort. cauf.

Reliqvæ ergo leges novæ prædicto modō notatae, qva- 30.
rum plures sunt, communiter constitutiones novæ appellantur.

† Alius ergo Codex, quem repetitæ prælectionis dixit Justi- 31.
nianus, cui decisiones illæ 50. & constitutiones insererentur. A.C.
XXXIV. 14. Calend. Decembr. Constantinop. Justin. 4. Coss. & Pau-
lino sub authoritate Imperiali confectus, & editus est, priori Justin. 32. Se Nov. Cod. fai-
naneo incompleto & scope sibi cōtrario, abrogatō. de Const. Cordi. 33. Tert. Confl. 34.

Qvod ne continuo ita fieret † constitutiones sequentes, qva- 32.
rum statim post codicem repetitæ prælectionis editum, 12. emis-
serat, voluit peculiari inseri libro. Emanarunt autem CLXVIII.
in IX. collationes distributæ Novellaram nomine insignita. Num-
autem Justinianus ipse Novellas in collationes has diviserit, vel alias

Justin.

33. Justinianus defuncto, non æque constat. † Verisimile est post Justinianum à Jurisconsultis ante vel post Bulgari tempora, Novellas in hasce collationes esse divisas, quia nullum generale procēdium aut confirmatio, qvod in aliis libris Juris factitatum videmus, novellis à Justiniano præmissa est.
34. Novellæ in † genere accipiuntur, pro Jure noviore ut in §. 2. constit. de nov. cod. fac. l. 29. l. 34. ff. de Inoffic. Testam. l. 5. ff. de LL. §. 1. in fin. Instit. qvib. mod. vllk. obligat. Proprie proconstitutionibus illis, qvas Justinianus post editum cod. repetitæ prælectionis singulari volumine comprehendit, de qvibus jam nobis sermo est. Hancrum Justinianus genuinus & nativus parens est, ejusq; voluntate in Corpus Juris redactæ §. 4. in fin. de Emendat. Cod. ex qvibus authenticos, vel authenticorum particulas Irnerius (Lotharii imperatoris consiliarius & primus juris Justiniane noviter reperti, in Academia Bononiensi Professor) desumptas, Codici inseruit. Omnes Græco idiomate Constantinopolis emissæ paucis exceptis latinis, inter qvas numerantur novellæ 9. 11. 23. 62. 143. & 150. qvæ Græco dubiis editionibus exierant Haloandro & Schrimgero vertentibus.
35. Qvis † autem autor Novellas nobis latīnō sermone in præsenti forma exhibuerit, nondum certò exploratum est, Molinæus eum Juris imperitum taxat, eruditionis tamen encomium a. pud Cujacum meretur lib. 18. Observat. cap. ult. Ab hisce Authenticeis seu Novellis Justiniani † Synopsis Novellarum Juliani, qvæ Bulgarii tempore valde in manib. Doctorum versabatur, & etiam temporibus seqventibus à concinnitate, qvâ Jus novum continebat, laudem merebat, tanquam hominis privati laborem, Juris vim & potestatem non habentem, segregamus. vid. Cujac. ad l. 2. & 8. C. de secund. Nupt.
36. Cætera † præter hasce Novellas in Gothofredi & Pacii Editionibus juncta Edicta Justiniani, Justini, Tiberii, & alia qvædam prægmaticæ constitutiones vim decisivam nullam habent, neq; in Judiciis allegandæ, quia nunquam recte publicatæ & receptæ. S. 4. de Justini Cod. confirm. Imo & ipsius Leonis Novellas ipsius Leonis tempore nunquam obtinuisse refert Cujac. 6. Observat.
37. Cætera † præter hasce Novellas in Gothofredi & Pacii Editionibus juncta Edicta Justiniani, Justini, Tiberii, & alia qvædam prægmaticæ constitutiones vim decisivam nullam habent, neq; in Judiciis allegandæ, quia nunquam recte publicatæ & receptæ. S. 4. de Justini Cod. confirm. Imo & ipsius Leonis Novellas ipsius Leonis tempore nunquam obtinuisse refert Cujac. 6. Observat.

servat. q. Felicitate ergo sua Justinianus Jura nobis exhibuit † In. 38.
stitutionum, Pandectarum, Codicis, Novellarum. Hoc ne & sine
antinomia & dissonantia querela? Nil † succensemus Justiniano 39. *le exaltat*
sed solius Tribonianus studio. Ecquis autem exiguitatem huma-
næ memorie ab omni erroris, aut imperfectionis nœvo excipe-
ret, quod celestis providentia peculiare est, humanæ vero pos-
sibilitati impossibile. Constitut. de Confirmat. ff. ad omn. po-
pul. in med. pr.

Methodi veniam ab omnibus facile impetrat † modo culpâ 40.
interpolationis tum legum integrarum, tum verborum Legis
jura non paucis in locis tam insigniter non obscurascat, intri-
cascat & confundisset, quod gravissimè ei succenseret Hottoman-
nus & merito omnes jCti hâc de reconqueruntur. In antino-
mias facilis fuit lapsus, quia leges ex scriptis antiquorum JCtorum
truncatim & frustillatim descripserunt Compilatores, qui
busdam additis vel detractis Constat. de Confirm. ff. ad omn. popul.
§. 10. facilius quicquam irrepit diversi, aut contrarii, quod sagi-
citatem & industriam Tribonianii, tantâ laborum mole obruti
effugerit, ut forte hic cum Triboniano melius sit Rosciū taxare
quam agere, quod & subveritus Justinianus, passim in Constitu-
tionibus de Concept. & Confirmat. ff. &c. apologiam inserens.

Optandum sane esset † integrum illam veterum JCtorum 41.
Bibliothecam injuriâ temporum non obstante, ad nos deferri
potuisse, ut in easu & sensu legis datæ, quæ mensuerit JCtorum
apertius cognosci posset † Itaq; hoc opus, hic labor est jura ho- 42.
die interpretantis JCtorum fragmenta ab appendiculis Compila-
torum subtili Judicio distingvere, ad quod dijudicandum ma-
ximoperè prodest, habere ex annalibus Cæsarum & JCtorum an- 43. & 44.
tiqvorum compertum, sub quibus Cæsaribus quiq; JCti florue-
runt, cuius rei ignorantia gravissimos peperit Accursio (præser-
tim in hoc tit. de O. J. ubi totus erroribus scatet) & aliis antiquis
Dd. errores. Diligenter pro re hac cognoscenda pervolvendi Tran-
quillus: Plutarchus: Pomponius Lætus: Eusebius-Orosius: Lam-
pridius: Volaterranus & similes. † Antinomiarum Exempla 43.
in pandectis & Institutionibus, earundemq; nœvos exhibet Ant.

Kk

Matth.

Matth. Disputat. q. de fundamento Jur. Ante eum felicem operam
navarunt in antinomiis investigandis & decidendis Pac. in concil.
leg. ff. & C. Philibert. Bognon tribus libris legum abrogatarum
seriem optime deduxit, & Oldendorp. Tab. L L. Cod. per Novel-
las abrogatarum exhibuit. Exempla L. Cod. inter se contrari-
arum notat Lindeman. in Disput. annivers. de O. J. † L. ult. C. de L L.
etiam est derogatoria lib. 2. & 3. C. eod. Novellas † legibus ff. &
C. contrariis derogare nunquam dubitatum est, si modo ex præ-
fatione Novellæ præmissæ, vel ex contextu vis derogatoria appa-
reat, vel eliceri possit, alias non necessario Novellæ Jura anteriora
abrogant, vel eis derogant, sed vel Jura ea confirmant, repetunt,
& renovant Rittershus. p. 12. c. 11. n. 6. † Hæc sunt illa ipsa Jura
qvæ Justinianus tum in ordinem rededit, tum ipse per constitu-
tiones emisit.

47. † Qvomodo autem legem generalem condiderit ritum sui
seculi disertius non expressit præterquam in Novell. 8. post E-
pilog. in verb. cumq; Lex. Ubi Justinianus legem latam in tem-
plo recondi jubet, cum sacris vasis, vel ut in tabulis, aut la-
pidibus insculpta in porticibus Sanctissimæ Ecclesiæ describa-
tur. Solus autem legem condidit in l. ult. C. de L L. excluso
omni Senatus suffragio, qvanquam & fateatur se à Johannis
Præfecti Prætorio Consilio d. Novell. 8. qvædam ad Legem con-
stituendam sumpsiisse, præter ea qvæ Theodora Uxor ejus fibi
communicarat, cujus nomine ridetur à Steph. Forcat. qvæsi ni-
mium Uxori indulserit, cujusq; constitutiones plerq; mulie-
bre qvoddam sapient. Dialog 2. n. 5.

48. Merito mulieres † à publicis negotiis planè sunt rejectæ
l. 2. ff. de R. J. multò magis à legibus condendis. Est enim
lex Consultum Vitorum l. 1. ff. de L L. non mulierum, etiam
mulieres à Patrocinio in foro sunt exclusæ l. 1. §. lexum ff. de po-
stul. Sed videsis privilegiorum competentiam, qvam Augustæ
ab Imp. obtinent l. 3. ff. de L L. l. 1. §. 5. de Jure fisci l. 3. C. de
Quadrinn prescript. Qvis ideo Theodoram Augustam exciperet
qvam Imperator Heroinam exemplari prudentiâ pollentem ad
scrinia ultra admisit? Semiramidem olim leges & regna con-
didisse

Erga hoc.

Constitutum itaq; episcoporum in regnis diversis, qm; solat tam lege, qm; sententia & case, qm; feminas habitas solent, qm; ga boz legere illud mā removit
corrigere p. fact. p. timoti & i. i. amonet feminas hys offici. Exenti itaq;
Corrigere Alpi successor. Rebatur l. posuit seruare jura Mariae, rati & sententia p. pacificatio & translatio
separatio. Nec satum satis ubi hinc rebatur æxixim ille p. debet regnare; exemplo & militie
nationis Peccator & voluntarii fieri qd. debet.

Didisse, res historiae est. Heliogabali Senaculum hic plane alienum est, qvod contra morem & honorem Romanæ gentis instituerat, qvod gravissime indignati sunt Romani. Dux in Disputat. 3. thes. 70. Refert. Lamprid. in Heliogab. S Cto cautum fuisse, ne unquam mulier Senatum ingredetur, ejusq; caput inferis dicaretur, qvi hoc esset deinceps petiturus. † Expresle 49. & Galli ab Imperio arcent fæminas & ex eis descendentes per L. Salicam. vid. Covarruv. Pract. Qvest. in 8. Molin ad Consuetud. Paris. Tu. 1. §. 26. n. 2. † Germani etiam nunquam olim ad Imperia evenerunt fæminas. Mos eorum fuit cum inconflictu & acie starent, in conspectu habuisse Uxores, vagientesq; liberos, ut viderent pro qvibus pugnarent, neve vincerentur, eò fortius familiam defenderent. Gentem hanc fuisse ex Germanis Sitones refert Tacit. & Jul. Cæs. in Bello Gallico Mulierum erat cibos comparare, vulnera exugere & sanare. Tacit. Hoc institutum ad animos bellantium confirmandos admodum fuit laudabile † Mu- liebre verò Imperium indignum semper visum, detestatur hoc Natura in brutis, generatq; semper marem imperantem fæminæ, eaq; aptiorem & digniorem. Aristoteles testatur mulierem non nasci nisi ex defectu caloris naturalis in fæmina. Naturam idcirco semper & principaliter intendere progenerare marem, adeoq; quoties fæmina generatur naturam generatricem pati defectum. † Portentum vulgo creditur, maliq; domestici 52. signum, sigallina cantat, Galliq; Gallinacei officium affectat. Terent. in Phormion. simile œconomia signum est si qvæ mulier in suis negotiis ineptissima, suaq; negligens agit, qvæ ad se non pertinent, & œconomia statum præsumptoſe & imprudenter confundit & turbat. De muliebri Imperio eorūq; officio vid. Schonb. Bald. ad l. 9 ff. de Jure tot. polit. l. 1. c. 6. p. 33. & l. 2. c. 12. p. 101. Longissime vero alia ratio est in Reginis successivis, vel ubi cōsuetudo loci mulierum imperium recepit. Qvis enim nescit Heroinas Reginam Angliæ Elisabetham, Mariam Scotiæ, Sophiam Daniæ, Reginis suis laudabiliter præfuisse, modernâ CHRISTINAM Reginam Sveciæ potentissimam mundi miraculū ævo omni hac tenus obvirtutē & gloriam in comparabilē adhuc Reginis suis præses in aprico est. Qvæ

Kk 2 ergo

Car ego?
1.29 P.R.F. Cada inicio est
el tránsito por la otra parte
de la recta fija. Si se mide
el eje de la recta fija y se divide
entre las distancias entre los puntos
de los vértices y el punto de apoyo
se obtiene el cociente que es
exactamente igual al cociente de
los segmentos en que se divide
el eje de la recta fija.

ergo ubicunq; Regni consuetudo viget, merito custodienda est.
Prolixius rem hanc *in lib. 2.* prosequatur.

Jure jam præscripto satius esse Justinianus non duxit, nisi & Jus datum docendo in utilitatem Imperii converteretur,

54. † Inutili ergo Veteri docendi Juris ratione Justinianeis novis seu

Dupondiis: Papinianistis: λύτας περιγράψας præscriptā, abrogatā d. Constit. Omnem s. i. methodum novā qvinqvennalem de integro Jure addiscendo Imperiali gratulatione foro & Scholis tradidit s. 2. Qvod tempus qvinqvennii adhuc retinet Pontifex annāē legem p̄fittere, alioq̄ teqvam qvempiam, vel ad docendum, vel in foro judicandum ali sed qvigratiū, aut agendum admittit. i. fin. ext. de Magistrat. Cujus imitatio sc̄p̄tū et alij p̄fittere, nem fora secularia & Academiæ August. Confess. nisi de eruditione condigna Candidati, aut foro præfandi, alias satis con-

- ¶** Hi Rabuli sunt Istri qvemadmodum Empyrici. Medici. Rit-

¶ II. RUBRIKA Tertia. JON. p. v. quod admodum Empyrii, medie, re-
terhusus ait, hisce in Republica nihil esse perniciosius, nihil
imperitius in Nonell. part. 9. c. 16. n. 6. Præter latratum nec eru-
ditionem, nec doctrinam tenere tradit Zaf. de Jude q. 3. qvæ
extat in tom. 5. p. 114. Atq; esse instar Psyllacorum Gallorum &
Picarum, qui stant in palatiis Dominorum & loquuntur sine in-
tellectu Roman. singul. 52. n. 2. Qvorumq; imperitia totum mun-
dum destruit & ponit conscientias bonorum. Vitorum in ma-
gno discrimine, conqueritur Bald. Confsl. 6. lib. 4.

56. † Hodie quia ad Jus Justinianeum accessit Jus Feudale, Canonicum, recessus imperii, statuta Saxonica & Lubecensia &c. va-

riæq; locorum consuetudines, alii reqvirunt septennium, alii decennium. Fatendum certè ad Jus plenè ediscendum, & sine ullo dubioso errore casibus applicandum, integratam hominis aetatem insumendam, nec tamen multos asseqvi, secundum illud Hyppocratis: Ars longa: Vita brevis: Fertur laudabile Salvii Juliani, Jcti adagium: Etsi pedem unum in sepulchro habere adhuc addiscerem. Qvinqvennium hoc ideo praestitum, ut qvi hoc ingenuo labore & studiõ adhibitõ absolvit, presumatur in Jure doctus, hoc ergo non juncto, solum qvinqvennia.

quennium non juvat, si nihil studiosus profecit. Non enim considerandum quamdiu quis studuit, sed quam bene, torpore, ignavia, lassationibus nemo sit doctus aut doctor. Tunc & ille ut cumque diligenter studeat, tarde, raro, vel nunquam sit doctus; hic ingenii aptitudine citius, & admodum bene. Ideo dicere solitus est Petrus Faber; quando vidit Institutionem senem, & rudem. Mihi Domine tu eris Doctor in altero seculo.

Notandum quod tradunt Dd. & studiosum quinquennio 57. ab Academia absentem, animo ad mereaturam, vel aliud vitæ genus cum studiis non conformi, applicato, privilegia illius Academiæ amittere. Rebuff. privileg. 816. n. 3. Ut si revertatur denuo Juramentum Rectori præstare & matriculæ inscribi teneatur. l. 2. C. de primi. ser. l. 3. C. de domesit. Rebuff. privileg. 35. in quo tamen Academiæ cuiusque observantia attendenda est. † Quod etiam studiosus non Doctor neque bene doctus factus, amittat 58. privilegium suum, etiam quoad collationem sumptuum studiorum causa insumptorum, testatur Horat. Luc. privileg. 27. in verb. *Nono linea pag. 105.*

† Ad hanc facilitandam varia à Dd. tentata via est, qua 59. sepiissime Tyrones devii facti. Fateor minus facile posse à docente methodum certam tradi quam à discente ipso fidei & apto pro ingenii & judicii capacitatem apprehendi. Nemo autem presumat tutò palæstram hanc aggredi, nisi humanioribus literis, Logicæ studio præsertim circa Juventionem & argumentationem locos, Philosophiæ Practicæ & Historiarum cognitione sit bene imbutus. Theoreticæ disciplinæ magnum etiam præstabunt ornamentum & adjumentum. Tum & ipsius Theologiæ ac Medicinæ non mediocris cognitio necessaria est. Tum varii namque nonnunquam ad Ictum deseruntur casus ut in omni scibili se expeditum esse, conveniat. Hisce præmissis & præsuppositis in eo omnes post Franciscum Duaren. Matth. Wesenbecium, Ernest. Cothmannum merito assentiuntur Justiniano, ut vastissimum Juris oceanum trajecturi navim deducant ab Institutionum apud, quæ quâ compendiosiore via unquam potest, memorie tabulis K. k. 3.

Bulis firmiter infigantur. Verum quia jus partim antiqua continet, & in tit. 6. lib. 4. actionum requisita pleraque omissa sunt, pro textus intellectu à Tyronibus primum adhibetur Theophili versio latina & Græca, qui textum dilucide explicat, postea addantur alii interpres pauci & boni, notatis simul materiais ex locis parallelis ff. C. & Novellarum. Antiqua debent Tyrones scrutari non ut transfugæ sed exploratores, illud per totum studii tempus agant, ut genuinum Jus ex textibus & bonis interpretibus fideliter & solide hauriant, & ad usum civilem proferant. Didicisis Institutionibus Tituli de V. S. & R. J. adungem ediscendi.

Postea specialiter deveniendum est ad ff. & C. & Novell. quibus præmittenda sunt paratilia Cujacii, vel si lubet Scotani Examen & ante omnia Wesenbecii paratilia, cui nemo hactenus præripuit palmam, post alii consulentes, legentes & decidentes Dd. prout cuique sese vel Academiæ, vel foro, (ille erit omnium solidissimus,) associare allubescit. Qvod dum agit, animum quantum possibile est ab Inutilibus, & aliis affectibus temperet, studiò suò officientibus. Studeat eò proposítō, ut in arte sua excellere valeat. Proficit in studio à generalioribus ad specialia procedere: Causas legis cum rationibus dubitandi & decidendi studiose, pro ingenii viribus, non aliorum (in quantum valet) opera inquirere: In locis communibus confundendis, sedeq; materiarum notanda calamo nunquam parcere: Ingenium memoriam, & lingvam doctis conversationibus & Disputationibus exercere & acuere. Ex quo studiosus efficiet, ut si unius legis solam decisionem factaque speciem intellexerit, & definire noverit, inumeros casus pari fere ratione concludere, studiorumque abundanter benedicente Deo, sperare poterit.

60. Interpretandi Juris rationem & aliam Imperator habere noluit, nisi quæ fieret nātā wōdā seu versione latinæ lingvæ in Græcam, §. 21. de Confirmat. ff. ad O. P. §. 12. de Concept. ff. Et si quis per titulorum subtilitatem quidpiam ad notare maluerit, concessit

concessit duntaxat ταρρήτλα seu super titulos & paragraphos Indices , & admonitoria, qvibus Juris obscuritas & perplexitas enodaretur , & in planum , & perspicuum sensum transponeretur .

† In illa Leonclavius, & Teophilus in Institutionibus exemplum præbuerunt, qvarum tertiores nondum prodierunt. Hæc Pacius aliquando promisit in lucem se emissurum, qvibus singulas materias in toto Jure sub suis distinctis & singulis titulis referret, sed nondum visa . Matthæi Wesenbecii paratitia inter alia propter methodum laudem magnam merent. Laudatissimus labor procul dubio foret ejus, qvi methodum hanc in materiis juvaret. Duarenus: Cujacius: Donellus aliâ intentione, partimq; aliâ methodô pleniores sunt . Non dicam de Bartolo, Baldo, Jasone &c. qvi integris voluminibus centipondo gravioribus intentioni Justiniani minime sunt suffragati, nec minus alii plures excusatione sua audiendi, qvorum commentariis & scriptis fere infinitis, jus miris modis onustum hac nostra ætate factum est, ut jam denuo mole suâ laborare videatur, novoq; fere denuo opus sit Justiniano, qvi jus pene inordinatum, tot communium opinionum fluctibus defædat, confusum, depravationibus processum, Judicum corruptionibus fere eversum, aliisq; miris modis debilitatum, ingenuitati, & veritati restitueret .

Subjicit Justinianus in nostra Constitutione §. 7. locum , & Doctores, ubi & à qvibus Jura doceri sibi fuerit visum. Loca † studiorum fuerunt tria: *Conſtantinopolis: Berythi: & Roma*, queis octo præfecti Professores, duo Constantinopolis ; Duo Berythii & quatuor Romæ. Theodosium tamen ante Justinianum utrobiq; tantum duos præfecisse appareat, ex l. un. C. de studi liberali. Qvæ studiorum loca seu scholæ Illustres Academie fuerunt, uti hodie appellantur, ubi literarum studia cum Sacra Jurisprudentia, aliisq; facultatibus privatim, ac publice docerijussit. Qvod omne ita observatum fuit tempore Justiniani dum ille viveret, postea tum jura , tum docendi & discendi ratio mirè confusa fuit, cuius rei ubiorem explicationem, & continuacionem refert Disputatio seqvens.

Nefas

Ne folium à Typographo linquatur vacans, has Di-

spatandi gratia adjectimus Mantis sas.

- I. Justinianus, Juris nostri civilis felicissimus autor ac curator, qvô patre, qvà nomen & certam familiam sic oriundus, nondum est compertum, matrem habuit Justini Imperat. sororem ab eo ad imperiū adoptatus.

romani inter ian. lat. etiam. 2. Longobardi num dicti à longis barbis aut bipennibus? Ita vulgariter FF. Perperam secundum Münsterum in Cosmograph. l. 4. fol. 147. Postquam forte exierant ex Schonlandia & Gothia in Rugiam, hinc per alios tratus in Pannoniam; exinde à Narsete evocati in Italiā vīsi delicatulis Italīs fuere longi Bardi secundum vocab. Italicum bardo, qvod stupidum significat, truncum ac stipidem, eos tameu addit Münsterus in tam strenuos euasisse bellatores & milites.

3. Septimestris partus legitimus est, ut & octimestris, licet
m. bimacul. ill. bimacul.

- raro sit vitalis, secundum Hyppocrat. imo & undecim
mestris in initio mensis, ulteriores regulariter judican-
tur suspecti.

 4. In conjunctione matrimoniali seqvuntur omnia fere
consistoria computationem Juris Canonici, qvanquam
dubitandum non sit Juris Civilis multò esse conveni-
entiorem, tam quā matrimonia, quam successiones.
 5. Num pater filio exheredato tutorem posset dare testa-
mentarium? Aff.
 6. Num inter tutores danda sit à judice administrationis
divisio? Aff. Qvi enim negat jura vel spernit, vel
ignorat.
 7. Num testamentario tute, transfugā factō, aut deporta-
tō, legitimus succedat? Neg. Testamentarium opor-
tet naturaliter esse mortuum, interea datur dativus,
quæ controversia manifestabitur in Discursu.

T A N T U M.

Ad JOH. PHIL. LANGIUM, à parente, in dñe, moribus
& eruditione sibi commendatisimum,
SITHMANNIANAS de dispositione voluminum Juris
civilis theses defendantem.

FIli! Sic merito te, LANGI, appello, parenti
Cujus sum obstrictus fratri amicitia.
Nec sunt vulgari fraternalia hæc vincula nodo.
Nexa unus sensus cor utriusq; regit.
Et regit à teneris procul omni lite ligatos.
Qui fuimus juvenes, hi sumus ecce senes.
Fili, qva methodo sint scripta volumina legum.
Qværis, Sithmanno ti präeunte viam.
Macte piis ausis! Juris penetralia adire.
Pergito. Conatus nobilis ille placet.
Qvas juvenis discis leges, vir factus easdem.
Exprime, qva sifit se integritate pater.

JOH. MICRAELIUS, D.

Ad præstantissimum & literatissimum Respondentem magnâ Industria
& virtute ad qvævis magna annitentem.
ANe dum Princeps qvis major. Qværis? Id ajo
Justinianus is est, Lux; Decus orbis ovans.
Romuleæ leges? Qvæ Brutii? Publicolæq;?
Qvæ Marii? Et Sylla? Juliz? Anastasiaz?
Qvæ Constantini? Zenonis? Qvæve Leonis?
Qvæ Praefectorum? Pluraq; scita virum?
Omnia cassa: Incognita seculo: Inducta sub orcum,
Hic lux; Hic vita est Juris, & omne decus.
Hoc Duce stat totus galeatè robore mundus,
Et cessante hujus culmine, qvæq; cadens;
Egregium specimen noster nunc. LANGIUS offert
Ut monstrat qvasvis Justiniani operas.
Tu, tu, quisquis aves Studiosus dici, & haberi
In Jure hæc discas, atq; priora tene,
Qvæq; sequentur habe. Tu dilectissime LANGI
Delicium patris: Deliciumq; meum.
Eos Juvenum florens, patriæ spes optima, pergit
In bené sic cœptis digna brabeja seres.

S. ex paterno fere amore

JOHAN. Sithmann I. L. D.
& Profes. Reg.
Langia.

Lauriade, vis certa patris, nec degener oculus
Arbiter, & curæ pars bene multa mere.
Sunt sua Jura polo, & terris sua Jura tribute.
Et sua sunt artis, & sua Jura foci;
Et sua sunt horris, & sunt sua Jura Napæis,
Ipsa (quod iest mirum) iuræ Jura tenent.
Noveris hæc & nosse probas, dum publica mittis
Sigæ, manum docto confociante Viro.
Quid supereft? Si Jura tenes, si iuræ Juris
Qvia decus hinc qvondam Jure referre queas.

H. SCHÆVIUS, D. P. Caf. & Prof.

LANGEUS!
ANGELUS inverso fit nomine LANGEUS; ergo
ANGELUS ut Juri, tenuior, addat operæ,
ANGELUS in citha custos sit, ut ANGELUS ipse
LANGEUS Lin terræ, fiat in axe, PRECOR.
Longior

CASPARUS Voigt/ LL. & Phil. Sc.


Magna Themis fas est, laudem conjungere cælo
Elatæ. Viguit, Semper discumbitur ostro.
Illustrans terram. Benè. Nec nœ pondera vati,
Illa Iublatæ, mundi perfecta vigerent.
Jam florens tum, dulcisoni modulamine cantus
Threjcius ille Orpheus cum secla ferina moveret.
Nigra, malè. Nec, quod si non immemor alme
Medeus Themidos, tactus prurigine lepræ
Tabificæ. Aeneæ neptunius incola rupis,
Cum submota Themis, privatur lumine frontis,
Oppletus bacchò. Themidos laus æra transt
Aeternanda, petitæ excelsi culmine montis.
Hanc cole, Lauriade, cupidus. Sic laude beatum.
Omni, laurigeræ te cingere blanda coronæ
Sidera certabunt, queis annuit arce lupinæ
Acrocoriathus. Ovans passim divulgat Eous.

NICOLAUS MILO, SS. Tb. Sc.

O qui jura mati, & magnum das jura per orbem.
Das stolido pecori, cunctisq; nepotibus Adam!
O Deus: Afraam nisi nostra in pectora mittis,
Erramus picea velut in caligine noctis,
Hanc Tibi, PHILIPPE, ex imis precor usq; medullis,
Nil sunt divitiae, ventosa scientia, fama,
Hæc cœlola beare potest, licet omnia desint.

CHRISTIANUS à Labebach/ Nob. Pom.

65(0)50



VULGO DICTO v die Klapper-Jagd.

33

§. XI.

Quodsi igitur in iudicio petitorio (a) super ipso ita
di iure controuersia mouetur, is, cui solum inferi-
a minor, aut media, venatio data est, a nostro ve-
modo se abstinere debet in locis, vbi ferae maio-
bentur. Is autem, qui duntaxat superiori, siue ma-
audet venatione, tali, vice versa, vt nequit in lo-
ci ferae minores, aut mediae, subsistunt. Ratio as-
tius in promtu est, qui alterius ferae per eiusmo-
nationem disturbantur, et in aliena loca extra ban-
erinum transfugiunt (b). Non debet autem alteri

per

orum numerus praeter necessitatem non sit augendus, si-
lem id quoque non facile permittitur, vt, praedio, cui
venandi cohaereret, inter plures possessores diuiso, in lo-
vnius jaculatoris, qui ante factam diuisionem fuit, postea
es substituantur. Vid. Mandata Regis Prussiae d. 9. Maj.
4. d. 10. April. 1709. d. 8. Mart. 1712.

Actiones, quibus partes litigantes in iudicio petitorio ex-
intur, sunt Confessoria et Negatoria utilis.

Audiamus ante, quam ulterius progredimur, ipsosmet ve-
tes, quibus potissimum in sua arte credendum est. Huc
me faciunt tria luculenta testimonia, quae sequentibus
s concepta sunt:

Steuer der Wahrheit attestire ich Endes, Unterschriebener
1. Schwarzburgischer Ober-Förster hiermit auf Begehrn,
das so genannte Klappern oder Klapper-Jagen, wenn
nehm-

E

nehm-